e-codices

id est .III. XXI uero tertiam .III. septimam tres eadem nom
nibus aliis consequentia est. Secundus uero uocatur hic
numerus quoniam non sola unitatem metitur sed etiam alio
numero. Nouem quidem procreantur ex tribus. quindecim
uero ex tribus et .V. et uiginti ex tribus et .VII. et ceteri eodem
modo. Compositus autem dicitur quod resolui potest in eos
scilicet qui compositum numerum metiuntur. Nihil
autem quod dissolui potest incompositum est sed omni rerum
necessitate compositum

DE EO QUI PER SE SECUNDUS ET COMPOSITUS AD
ALIUM RELATUS PRIMUS ET INCOMPOSITUS
INUENITUR.

IB Item alius in medio consideratur ut sunt nouem ad .XXV.
et hi quidem non habent aequi uocas partes. Namque in .VIIII.
quae tertia est in .XXV. non est quae in .XXV. quinta est in noue
nario non est. Hi uero per naturam utrique secundi et con
positi sunt comparati uero ad se inuicem primi incompositique
redduntur. Generatio autem ipsorum ita reppertur.
Disponantur enim in ordine a ternario numero impares
in quamlibet longitudinem. .III. .V. .VII. .VIIII. .XI. .XIII.
.XV. .XVII. .XVIIII. .XXI. .XXIII. .XXV. .XXVII. .XXVIIII.
ternarius enim intermissis duobus id est quinque et .VII.

License: PUBLIC_DOMAIN – Bern, Burgerbibliothek, Cod. 212, f. f.%2077r – Composite manuscript: artes et carmina (http://www.e-codices.ch/en/bbb/0212/f.%2077r)